minus suprascripto Nobili Iwan causa exactione cum Nobili Stephano Manasterski et Laborioso Iaclo Dubin ... subbito ipsius in Protestatione praenominata et procc[ess]a causa specificatis pleno in robore reservata.

Manasterski Winnickiemu cum Evictione Donat.

260

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Nobilis Stephanus Manasterski olim Nobilis Nicolai Manasterski Stephanowicz, cum olim Nobili Marina Wysocianska Consorte eius l[egiti]ma, procreatus filius, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis, et competentibusq[ue] recedendo. Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Iurisdictioni se, cum iuribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie quo ad actum hunc attri et incorporando, atq[ue] subijciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria, et haereditaria, infrascripta videlicet certam sortem totam et integram se Recognoscentem iure divino, et naturali succ[essi]o[n]e, post praedictos Parentes suos, inter alios Consuccessores l[egiti]me concernentem, in bonis villa Manasterzec Terra et districtu praesenti Praemyslien[si] iacen[tibus] et consisten[tibus] cum omni bonorum praemissorum iure, dominio, proprietate, haereditate, titulo q[ue] haereditario, omnibusq[ue] et singulis bonorum

1498.

eorumdem utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, commodis, et obventionibus, tum agris, fundis, pratis, campis, pascuis, sylvis, borris gais, nemoribus, indaginibus, rubetis, virgultibus, meliciis, villagiis, hortis, pomariis, apistriis, apum mellificiis, structuris, aedificiis quibusvis, tabernis, molendinis, horreis, hortulis granariis, stagnis palustris et magnis, piscinis piscinulis lacubus paludibus fluviis, fluminibus, torrentibus, aquis aquarum decursibus rivis rivulis nec non subditis, inquilinis, hortulanis, inquilinis, eorumque laboribus, censibus, dationibus, vecturis, muneribus, obsequiis, et officiis quibusvis, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis. Nihil exemptis duris dominii, proprietatis, ac cuiusvis competentiis, et prorogatius pro se Recognoscente suisque successoribus, seu quoquam alio reservando seu excipiendo. Sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando, verum ita late longe et circumferentialiter prout praefatorum bonorum hereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protrahit estque ab aliis vicinis agris et metis distincta et distlimitata, et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat tenereque habere et possidere debuit, ipsumque concernebant ac eidem serviebant. Iam eanunc et de facto Generoso Stephano Wnimieli eiusque posteris, dedit, donavit, inscripsit, et resignavit.

prout.

prout praesentibus dat, donat, inscribit, et resignat, per
petuo et in aevum. Siquidem bona suprascripta prae-
sentibus per se Recognoscentem donata, idem Recognos-
cens Nobilis Anthonius Manaserski suprascripto
Generoso Stephano Wnimicki donatario suo, et ejus
Successoribus, tam ex nunc et de facto coram officio praesenti
dat et admittit realem intromissionem, actualemque et
pacificam possesionem, per Ministerialem quemvis
Regni Generalem et Nobiles duos die quacunque
voluerint officiose acceptandam. Per ipsum Donata-
rium suum illiusque posteros, hic eadem bona praesen-
tibus donata et resignata, cum universis eorum utilita-
tibus, et usufructibus, attinentiisque et pertinentiis uni-
versis, tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete
et pacifice uti fruendi ad suosque et suorum successorum
quosvis beneplacitos suos fructus libere et effectu-
aliter convertendi, perpetuis et aeviternis temporibus.
Debebitque et tenebitur memoratus Recognoscens prout
se et suos successores in et super bonis suis qualiter
omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis
et habendis, suprascripto donatario suo inscribit et
obligat praesentibus ipsum et eius successores in dic-
tis bonis praesentibus donatis et resignatis, ratione
eorum omnium ab omni et quavis impetitione cuiusdi-
ca, quarumcunque personarum cuiuscunque status, sexus
et conditionis cuiusvis existentium, ex occasione fu

praescriptum exoriunda et emergenda per omnes tenes
prascriptiones, prout ad quamlibet Personam Teneshis
spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et officio
Regni toties quoties opus fuerit semper tueri defendere
evincere, et intercedere, ac eliberare indemnemq Eundem
et eius posteros facere reddereq, nec non hoc eadem
bona donata et resignata ab omnibus in genere Iuri
bus, et inscriptionibus prioribus et posterioribus, super
bona prefata modo quovis, cuicunq personarum fa
ctis et faciendis eademq afficientibus, tum etiam
à quibusvis Statutionibus super eadem bona resigna
ta modo quovis importatis et importandis. Licentis
demq et perlicentis processibus Iuris quibusvis,
in quocunq puncto et gradu Iuris dependentis et in quo
vis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis,
ac super praemissis omnibus praesentibus donatis
et resignatis perductis et perducendis, emundare, et
eliberare mundaq et libera semper facere reddereq;
ac etiam Introductionem praefatam etiam officio praesenti
admissam, in factis bonorum praefatorum praesentibus
donatorum et resignatorum dum per sublem et Nobiles
duos officiose requiretur et adhibebitur, non denega
re. imo debebit et tenebitur eandem libere dare
et effectualiter admittere, dataq et admissa, eidem
possessionem et usum fructum praemissorum omnium modo
quovis, tam per se quam per suas quasvis submis
sas et subordinatas personas non impedire nec

adimere

nec adimere, ipsum donatarium suum ipsiusq[ue] succores
in praemissis omnibus donatis et praesentibus resignatis
nullo modo iniuriari. Ita ut h[uiu]s[mod]i eadem bona praesentibus
donata cum universis eorum utilitatibus, usufructibus,
attinentiisq[ue] et pertinentiis generaliter universis, idem
donatarius suus suis cum successoribus, quiete ac pacifice
praesentis inscriptionis donatariae vigore, tenere habere
et possidere queat, illisq[ue] uti frui possit perpetuis et
aeternis temporibus. Idq[ue] sub damnis Terrestribus sim-
pliciter absq[ue] corporali iuramento taxandis et edicen-
dis per eundem Recognoscentem, successoresq[ue] eius prae-
fato donatario suo et eius successoribus, ob non completi-
onem praemissorum omnium et singulorum tam in parte
quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus
simpliciter taxatis, modo praemisso ad solvendum suc-
cubitis, ac pro ul aliqua principali ex praemissis non-
completa, complenda citatus existens memoratus
Recognoscens Nobilis Athonius Manasterski
sive eius successores ad instantiam praefati Generosi
Stephani Wnmiclui Donatarii sui vel eius postero-
rum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysli-
ense, ex tunc ut ipsa supra s[cri]pto quoad respondendum
spectat, mediante, semper in primo Citationis Termi-
no, tanquam peremptorio, stare Iuri parere respon-
dere. Damna praetacta Terrestria simpliciter taxa-
ta luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatu[m]

pati debebit et tenebitur. Seq ac suos successores ad eandem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, vi et alios omnes exinde subsequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptoreos vera infirmitate pro maiori minorenni ta te, Suorumq legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alias quibus vis dilationibus et legalibus impedimentis non afferendo ad quietationem praeterea ultra proximos officy praefati Castren Capitan Premysliens Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nulliq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Senesmi, bello, conventiones, nec alis omnibus Iuris remediis, ac defensis non subterfugiendo nec aliquovis modo evadendo. Haec sua praesenti recognitione ad praemissa omnia mediante.

Manasterska abrenuntiat.

260 Comparens personaliter coram officio et Actis praesen Capitan Premysliensibus, Nobilis Catherina Manasterska olim Nobilis Nicolai Manasterski Alias primarum olim Nobilis Wasilij Zurecki ad praesens vero secundarum nuptiarum Nobilis Joannis Podhorodecki Consors Unima cum eiusdem mariti sui

vti